



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLII. Die Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg beurkunden den  
vorstehenden Vertrag, am 25. October 1290.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nostre litem aliquam habere contingat, nos nostrosque successores et ecclesiam caminensem dicti principis promouebunt toto posse. Item profitentur principes sepedicti, episcopum Caminensem eiusque ecclesiam, suos subditos clericos et vassallos, in omnibus suis bonis, jurisdictione spirituali, decimis, imphudatis et non imphudatis, que vel quas possidet vel possident, se contra iusticiam non molestaturos, nec quod aliqua priuata lege contravenient in futurum. Et hec manu ad manum promissimul fide data. Testes huius sunt Baldewinus prepositus sancti blasii brunswicensis, fredericus vice dominus Caminensis, Hildebrandus prepositus Stetinenfis, Johannes prepositus colbergensis, Johannes de oldenvlite, fredericus de Ekstede, Hasso de Wedele, Godefridus de Grifenberg, Th. de Woztrow, Johannes de blankenborch, milites et alii quam plures clerici et laici fidedigni. Actum ac datum in Girswalde, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. Nonogesimo, octauo kalend. Nouembris.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab. Archives 468, C.

**CCLII.** Die Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg beurkunden den vorstehenden Vertrag, am 25. October 1290.

Nos Dei gracia Otto et Conradus marchiones Brandenburgenses omnibus Cristi fidelibus presentem literam intuentibus ad perpetuam rei memoriam, salutem in domino. Recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod interuenientibus placitis amicabilibus inter venerabilem patrem, auunculum nostrum carissimum, dominum Jaromarum, Caminensis ecclesie confirmatum, et ecclesiam Caminensem ex vna, et nos ac nostros Johannem ac Ottonem ac ceteros heredes parte ex altera, est amicabiliter diffinitum ita, quod omne ius et proprietatem ciuitatis et terre Colberg, castri et ciuitatis in Nowgarden cum omnibus suis terminis, opidum Jermyn cum omnibus uillis ibidem adiacentibus et omnia alia bona, que per dictum dominum confirmatum et suam ecclesiam et eorum nomine usque in hodiernum diem possidentur, ipsis dedimus sine omni impetitione nostra uel heredum nostrorum perpetuo possidenda. — Et hoc promissimus fide data. Hujus rei sunt testes: Baldewinus prepositus sancti Blasii in Brunswic, Fredericus vicedominus Caminensis, Hildebrandus prepositus Stetinenfis, Johannes prepositus Colbergensis, Johannes de Oldenvlet, Fredericus de Egstede, Hasso de Wedele, Godefridus de Grifenberg, Thiethardus de Wostrow, Johannes de Blankenborg, milites; Zacharias notarius et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum et actum in Goswalde (sic), anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo, octauo Kalendarum Nouembris.

Nach einer vom K. Archivar Freiherrn von Medem aus dem Dregerschen Codex manuscr. mitgetheilten Abschrift. Die ausgelassenen Stellen stimmen mit dem vorstehenden Vertragsinstrumente überein.